



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 51. Joannis Episcopi obitus. Epiphanius Episcopus Constantinopolitanus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. tur, nam sæpe illis ad refellendos eosdem  
 A.C. 520. errores utimur. Itaque videmus, Li-  
 brorum Censuram tunc ideo tantum fu-  
 isse latam, ut Lectores monerentur, &  
 sibi caverent, non vero, ut ipsa Lectio  
 interdiceretur. Papa ulterius dicit: *Quod*  
*Ecclesia Romana* (id est Ecclesia Catholi-  
 ca) *sequitur, & docet de Libero Arbitrio,*  
*& Dei Gratia, quamvis ea in diversis*  
*Libris S. Augustini unusquisque discere*  
*possit, præsertim in Libris ad Hilarium,*  
*& Prosperum, nihilominus aliqui hujus*  
*Doctrinæ Articuli in Ecclesiæ Tabulis ve-*  
*periuntur, quos mittam tibi, si non ha-*  
*beas, & id necessarium putaveris.* Hæc  
 Epistola 13. Aug. anno 520. data est.

## §. LI.

*Joannis Episcopi obitus. Epiphanius*  
*Episcopus Constantinopolitanus.*

Interea Joannes Patriarcha Constantino-  
 politanus sub initium ejusdem anni  
 520. fati functus erat, cum Sedem hanc  
 tenuisset annis ferme tribus, & in ejus  
 locum 25. Febr. Epiphanius Presbyter  
 ejus Cellularius electus fuerat. Diosco-  
 rus Legatus sine mora hæc perscripsit ad  
 Papam, qui Epiphanium amice increpa-  
 vit, quod cunctaretur sibi scribere, & Le-  
 gatos pro more mittere. Ita Papa nihil  
 suæ Dignitati, & Potestati detrahi existi-  
 mabat,

Sup. §. 34.  
 Theoph. an.  
 2. Just. p.  
 142. Sug.  
 Diosc. pag.  
 1513.

mabat, etiamsi prior scriberet. Fecit <sup>Sæculum VI.</sup> quod suum erat Epiphanius, scripsitque <sup>A. C. 520.</sup> Papæ Epistolam, in qua certio-  
 red- dit, se electum Episcopum Constantino-  
 politanum voluntate Imperatoris, atque  
 Episcoporum, Monachorum, populique  
 consensu. Profitetur, velle se vivere  
 Sacræ Sedi unitum, (\*) & Fidem S. Pe-  
 tri sequi. Deinde explicat Fidem suam,  
 quam dicit a se sæpe Catechumenis ex-  
 positam, nam id Muneris sibi fuisse in-  
 junctum. Edicit etiam, se damnare om-  
 nes illos, quorum Nomina Papa in Dip-  
 tychis recitari prohibuisset. Hæc Epi-  
 stola 17. Sept. 520. Romæ reddita est.

Eadem occasione Pontifex litteras ac-  
 cepit a Justiniano Comite ad se datas, <sup>p. 1536.</sup>  
 quibus

(\*) Ein herrliches Zeugniß, welches ein Pa-  
 triarch von Constantinopel abgelegt; es sey kein  
 Heyl für diejenigen, so sich an den Römischen Stuhl  
 und den Glauben Petri nicht halten. Was saget  
 hierzu unser Protestantische Uebersetzer? es sind  
 die Worte: Profitetur, velle se vivere Sacræ Se-  
 di unitum, & Fidem S. Petri sequi, weder deutsch,  
 noch französisch, noch lateinisch, noch griechisch bey  
 ihm zu lesen, er hat sie im 5ten Theile auf seiner  
 156. Seite schlechterdings weggelassen. Das hätte  
 ein anderer auch thun können. Da sieht man wie-  
 derum, warum dieser Mensch seinen Namen auf  
 dem Titelblat seiner Uebersetzung nicht einrücken  
 lassen.

Sæculum VI. quibus significabat; plurimos Orientales  
A.C. 520. adduci non posse, ut memoriam Episco-  
 porum suorum post Acacium mortuorum  
 damnarent, & paratos esse, in eorum de-  
 fensione extrema pati. Subjungebat:  
*Itaque Sanctitas tua aliquam temporis ra-  
 tionem habeat, antiquam banc litem com-  
 ponat; damnet Erroris Auctores Acacium  
 Justiniani Constantinopolitanum, Petrum Alexan-  
 Epistola ad drinum, Timotheum Elurum, Dioscorum,  
 Papam. & Petrum Antiochenum. De ceteris nul-  
 la amplius sit mentio, ne dum Animas lu-  
 crari volumus, multorum corpora animas-  
 que perdamus. Antecessores tui sæpe pro-  
 miserunt, nihil amplius se petituros, quam  
 ut Acacius, & illi, quos nominavi, dam-  
 narentur.*

*Ep. 68. 69.* Pontificem jam ab aliquo tempore  
 cura angebat, quid factum esset Legatis  
 suis, quorum abitum Imperator jam no-  
*p. 1527.* na Julii ipsi significaverat. Prima Octobr.  
 comperit, Joannem eorum alterum fuisse  
 se diuturno morbo retardatum. Tan-  
*p. 1537.* dem sub finem Novembris advenerunt  
 cum Delegatis Constantinopolitanis, af-  
 ferentibus Epistolam Synodalem Episco-  
 porum, qui Epiphanium Patriarcham or-  
 dinaverant, alteramque ab ipso Episto-  
 lam, in qua Papam eadem monet, quæ  
 Justinianus monuerat, scilicet, quanto  
 fervore multæ Ecclesiæ Episcoporum suo-  
 rum Nomina in Diptychis retinere cu-  
 perent,

Sæculum VI.  
A. C. 520.

perent, hortaturque, ne nimio rigore hæc Nomina deleri urgeret. Ceterum rogat, ut iis, quæ tres ipsius Legati Joannes Episcopus Claudiopolitanus in Isauria, Heraclianus Presbyter ipsius Cellularius, & Constantinus Diaconus, dicerent, fidem haberet. Eorum etiam Legatorum opera Ecclesiæ Romanæ, Monumenta amoris sui, Calicem aureum gemmis ex omni parte rutilantem, Patenam auream, Calicem argenteum, & duo Vela serica transmittit. Hæc Epistola 30. Nov. 520. Romæ reddita. Adjecta erat Epistola Imperatoris, eadem monentis; quam pertinaciter aliquæ Ecclesiæ in Ponto, in Asia, & præprimis in Oriente Episcoporum suorum memoriam defendere parati essent. *Harum Ecclesiarum Clerici populique, inquit Imperator, nec argumentis, nec minis flecti possunt, ut aboleant Nomina Episcoporum, quorum optima apud ipsos semper fama fuit. Prius in mortem ruent, quam hos defunctos damnent. Nos quidem existimamus, leniter esse tolerandos, multo magis etiam ideo, quod Antecessor tuus Anastasius edixerit, sufficere Pacem habere volentibus, si Nomen Acacii supprimerent.* Huic Epistolæ adjunctus erat Libellus, quem Clerici, Abbates, & potentissimi Laicorum ex urbe Jerosolyma, Antiochia, & Secunda Syria Imperatori tradiderant;

p. 1541.

p. 1542.

A a 2

derant;

Sæculum VI. derant; rogabant, ut Ecclesiis Pacem per-  
 A.C. 521. fectam daret, addiderant Fidei suæ Pro-  
 fessionem, recipiebant quatuor Concilia,  
 Nestorianos, Eutychianosque damna-  
 bant. Verum Dioscoro Papæ Legato  
 Libellus iste, cum illum Constantinopoli  
 vidisset, non probabatur, & conjicere li-  
 cet, causam fuisse, quod in eo dicatur;  
*unum ex Trinitate fuisse incarnatum.*

p. 1543.

## §. LII.

*Papæ Epistolæ de Orientalium  
Causa.*

*Ep. Just.* Legati Constantinopolitani Hyemem  
 Romæ exegerunt; quia vero hæc  
 p. 1549. mora nimis longa Justiniano videbatur,  
*Epist. 76.* datis litteris instabat, ut eos Papa dimit-  
*Epist. 80.* teret. (\*) Tandem dimisit illos sub finem  
 Mensis Martii 521. pluresque Litteras iis-  
 dem ferendas tradidit. Duas ad Epipha-  
 nium, in quarum altera significat, Lega-  
 tos advenisse, & Dona Ecclesiæ S. Petri at-  
 tulisse. In altera, quæ multo amplior est,  
 mentem suam explicat Papa in Causa tot  
 Ecclesiarum, Episcoporum suorum Nomi-  
 na delere recusantium. *Id fac, inquit,  
 quod faceres, si in meo consisteres lo-  
 co, si Petri Cathedram teneres, & cogita,*  
 de

to. 5. Conc.

p. 151.

p. 154.

(\*) Justinianus jam exinde omnia in aula po-  
 tuisse videtur.